

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Amatoriæ deliciæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

observavit. Sus vero forexque tanta concordia naturæ consentiunt, ut quod Magi tradunt, si quis muris jecur in fico porco vorandum dederit, animal id eum qui dederit, nullo edito grunnu ultro deinceps adsecatetur quoquo ierit, quod ego Patavii factum memini nonnullorum juvenum ast, qui ganeæ potius quam disciplinis dediti erant, non sine totius vicinia querelis, quæ sibi porcos in certis authoribus abduci lamentabatur.

## AMATORIÆ DELICIAE. CAP. XXXIV.

**L**onge vero diversum illud, quod illecebras amatorias, petulcioresque lascivias per album munrem significare, non Ægyptiorum modo commentum, verum & Græcorum fuit. Nam de muris salacitate multa fuit à plerisque prodita: sed præcipue mihi videtur Plautus rem expressissime, ubi Phronisium Dinarcho suadere conatur, ut multivolus sit in re venerea, sic enim ait: *Sed tamen cogitato mus pusillus quam sit sapiens bestia, atatem qui uni cubili nunquam committit suam, qua si unum obdeatur, aliunde profugium querit.* Moris vero fuisse muris nomine amatoribus ad blandiri, ex Epi-

Auctor AE  
rianus l. 12.  
6.10.

grammatarii versu noscitur:

*Nam cum me murem, cum me tua lumina dicas.*

Ob notissimam verò muris salacitatem, mulierem quandam portentosæ libidinis, qualem nosti Messalinam fuisse memorant, ab Epicrate Myonam, quasi nos Murinam dicamus, appellatam à Ælianu,

## INTAMINATA MUNDITIA. CAP. XXXV.

Mus albus  
vix.

**Q**uem vero intelligat Ælianu & Philemon per album murem, nemo ex nostris, quod habemus legerim, explicavit: si tamen ad Plinium & alios probatissimos authores aspiceris, eum esse conjicies, quem Armenium vocamus, villi pelliumque mollitie delicatum, Francisci Petrarachæ varibus pro castitatis hieroglyphico nobilitatum: utpote qui delicationis cujusdam munditia exemplar haudquaquam ignobile esset, cui scilicet spurcitia tantæ sit abominationi, ut limo ante osium cavi illito, capi potius à venatoribus, quam eo feedari patiatur: quod cum sanctiores sit amoris proprium, intemerata castitatis symbolum, quæ divina tantum flamma succendatur, à peritissimis rerum ponitur.

## ARGIVI CAP. XXXVI.

**I**nvenitur & in numis muris signum: eam vero Argivorum præcipue monetam fuisse, Plutarchus ait, apud quos suislet moris, ut numum imagine muris insignitum cuderent,

## DE FELE. CAP. XXXVII.

*Piñ. lib. 19.* **S**i pro Æluro Felem reddidero, satis scio paratos emissarios esse qui medentibus invadant. Sed enim quæ Plinius de Fele refert, dum quærit quo silentio, quamque levibus vestigiis avibus obrepant Feles, quamque occulto speculati in musculos insiliant: tum ea quæ ab Anniano Poëta memorantur apud Gelliū, quæ ab Ægyptiis eo superfunt memoriaz prodita, cuius oculi ad vices Lunæ, aut ampliores sunt, aut minores domestico huic animali, quod Albertus modo cattum, modo Murilegum appellat, congruere manifestum est. Sunt & qui Musionem vocent: Felem autem alii, quæ vul-

*6.73.* *Varia felic.* *nominata.* *g.º Felina, alii qui Martes appellatur, esse volunt, eoque & Varronis & Columellæ autoritatem trahunt. Nam quæ illi una cum Nicandro de venatu avium clandestino nocturnoq; tradunt, Martem id facere satis exploratum est. Sed quoniam de harum nomine pleriq; certant, ne temere uni magis quam alteri faveamus. Æluri vocabulum interim usurpabimus, de quo in antiquo Festi Pompeji codice hæc adinueni: *Est Ælurus animal Leonis cum procreatur persimile, olim sylvestre: maxime muribus adversatur, salax, oculi cuius acie flammæ, ad imitationem Luna crescent & decrescent. Nam veluti Luna pro solaris luminis participatione faciem quotidie variat, ita Ælurus pari cum Luna conditione affectur: nunc aquila, nunc immunita papilla, prout Luna orbis nunc se plenum, nunc dimidiatum, nunc cæsum, nunc tuberosum ostentat.* Licinius Umbrius in Nereia: Murium singes Ælurorum oculis, ut minutis lo-*